

talium sunt æquales ex hoc. Cum enim partes horarum diurna-
 rum gra. mediꝝ cœli sint æquales partibus horarum nocturnarũ
 gra. anguli terræ, & uterq; eorum elongetur ab angulo ascenden-
 tis per sex horas temporales, manifestũ est quòd ascensiones cir-
 culi regionis, quæ sunt inter angulum mediꝝ cœli & angulũ ascẽ-
 dentis, sunt æquales ascensionibus circuli regionis, quæ sunt in-
 ter angulum terræ & angulum ascendens, sed cum ascensiones
 regionis utriusq; duarum quartarum orientalium diuisæ fuerint
 in tres ptes æquales, & uisum fuerit q̄ de circulo signorũ pueni-
 unt p̄dictæ ptes, erit tota medietas oriẽtalis diuisa in sex ptes ad
 similitudinẽ sex domorũ. Et similiter itellige de tota medietate oc-
 cidẽtali, cũ sit æq̄lis medietate orientali, & secũdũ hæc tota figu-
 ra cœli, erit diuisa in 12. ptes, ad similitudinẽ 12. domorũ. Si ergo
 planeta uel stella cuius radios & aspectus quæris, fuerit in princi-
 pio alicuius domorũ p̄dictorũ, uel sint, domorũ principia, p̄spiciet
 principia aliarũ domorũ, quæ sibi iunguntur per aspectũ. Si uero
 fuerit elongatus à principio alicuius domus, p̄ quot gra. circuli
 regionis fuerit elongatus à principio domus, totidem gra. circu-
 li regionis prospiciet alterius domus sibi iunctæ per aspectum,
 quos reduc ad gra. æquales, & habebis quo de circulo signorũ
 extendentur radij ipsius planetæ uel stellæ. Sed si planeta uel stel-
 la cuius radios & aspectus quæris, fuerit in medietate occidenta-
 li & eius radij extenduntur ad medietatẽ orientalẽ, operari oportet
 per ascensiones nadir gra. planetæ uel stellæ, uel radiorum
 ipsius. Vel aliter & breuius scias ascensiones ipsius planetæ uel
 stellæ, cuius radios & aspectus quæris in circulo regionis, si fue-
 rit in medietate oriẽtali, uel eius nadir si fuerit in medietate occi-
 dentali. Scias etiam partes horarum diurnarum gra. mediꝝ cœli
 uel nocturnarum gra. anguli terræ, quæ semper sunt æquales,
 quas multiplica per quatuor, pro aspectu sextili, & per sex pro
 aspectu quarto, & p̄ 8. pro aspectu trino, & per 12. pro aspectu
 oppositionis. Et quod inde prouenerit, adde super ascensiones
 gra. ipsius planetæ uel stellæ, si fuerit in medietate orientali, uel
 super ascensiones ipsius nadir si fuerit in medietate occidentali
 pro